UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m], Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi, belliq[ue] gestaru[m] Compendium

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

LIII. Antistes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

Visual Library

solo, spes hęsit, & de auferendo Pōtificio laboratū est. Missis igitur ad Antistitē litteris, ille nesciens subesse dolos (quū tamen a primorib⁹ territorīj admonitus esset) nescio quo pacto fascinatus, iuxta Ducis desyderium, Brabantiam adījt. Episcopatum resignat. Enimuero (quia hac in re parce scribendum est) absq; titulo Episcopīj ad nos redījt, quē se Duci libere condonasse, quū a Canonicis rogaretur, falso professus: vbi tandē facti pęnituisset eos postea, dū lacrymis etiā consistoriū repleret: reuocare non potuit. Floruit sub aplicis viris, Martino quinto, Eugenio quarto, Nicolao quinto, et Calixto tertio. Imperātibus Sigismūdo, & Frederico tertio. Cuius tēporibus cęnobiū regularium, Tūgri institutū est, anno salutis Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto. Et Collegium virginum tertīj instituti diui Francisci, anno quadragesimo octauo.

1424

¶ LIII. Antistes

LOdouicus Borbonius, aulæ Brabantiæ primas, claro hinc sanguine reges, inde duces auos contingens, facundia dulcis, specie nitens, animoq; sagax, Philippo duci amātissim⁹, nempe in quē beneficiū tantū contulerat, a canonicis admissus ē. Qui humanitate spectatissim⁹ patrocinium omnibus plane præstabat, & quū plurimę inter Leodios altercationes haberentur

mediũ quoddam tenebat, quo in alterutrã par-
tem nullo modo inclinari videbatur. Cuius ser-
mo plenus sententĳs, & innata benignitas, artẽ
quandã in moribus adhibebat. Excidebat enim
nullum tã crebro q̃ clementię verbum. Nã quũ
Trudonẽses Tungari & opidani vicinarũ ciui-
tatum, rapacitatũ atq; fraudũ pertęsi, ciuile bel-
lum erga aduocatos, scribasq; susciperent: & res
iam in tumultũ exisset, vt mutuo condicẽtes, oc
cupatis eorum domicilĳs, eos e ciuitatibus pro-
pellerent, quum in Tungri vexillũ viri viridis
subleuassent: seditionẽ magna prudentia seda-
uit, & vtrimq; exauditis partibus, cauponationi
Causidicorũ, & populi furoribus leges p̃scripsit.
Cumq; nusq̃ benigne illius verba audita essent.
adeo oẽs simul spernebãt, tantã in medio crescẽ
tẽ molẽ, et sibi ac posteris suis metuebãt: plęrisq;
rogãtib⁹ demitti, inculta rusticitas ęgre id passa ẽ
& ad vim res spectare cępit, cęterũ multas cędes
magnates impediuerũt, seorsũ dñs a riuis, & ab
Here, vir cõsilĳs auxilĳsq; valẽtissim⁹. Qui ap-
paritor institut⁹ cõsertis manib⁹, quũ vulnera et
sãguis spectaculo essent, colluuiẽ hoĩm factioso
rũ sic humiliauit, vt se inglorie subducerẽt. An-
tistiti aũt tranquillã vitã ducere: haud oportunũ
fuit: qui iã in Traiectũ, iã in Brabãtiam degens,
multũ sibi prospicere ob æmulationem debuit.

Cõtracau sidicos & procura- tores ar- mantur Leodini

Magnas ab Here populi fu rorem cõ pescuit

Licentius enim q̃ res patiebatur plerosq; exilio dānauerat, & aliquot etiā Magnates criminatus eos cū bonis proscripserat quæ omnia mortem ei conciliabāt. Nā brugis defuncto Philippo duce Burgundiæ, anno salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo mense Iunio, quum Hoiū rediisset, publico marte aduersus eū decertari ausi sunt, & Hoium obsidere, teste Nauclero, cuius verba hoc loco fidelius recensere q̃ propria malui. Quum Hoiū (inquit) ferocissime oppugnarēt, pōtifex clam dilapsus est. Et episcopo Carolus Burgundiæ dux affinitatis causa succursurus, miro in leodios concepto odio, copias contrahit, mittitq; per insigniora suę ditionis loca, bellū indicere. Qui autē id negotij exequebantur, vna manu exertum gladiū, altera facem ardentem gerebant, hac re significantes Leodiorū gentem igne ferroq; a Carolo perdendā. Fuisse constat Leodios Francis iam diu coniunctissimos, eorumq; amicitiam semper sequutos, quā obrem Lodouicus rex suppetias eis ferre constituit, simul ne ex eorum ruina, gloria Burgundiorum vires accenderet. Mittuntur eius rei causa quadringenti Equites, cum sex sagittariorū millibus. Dū autem Vernone ageret Lodouicus S. Pauli Comes, constabularius a Carolo Burgundo ad eum venit, qui multa de Burgundo atq;

Carolus dux in Leodios odio cōcepto accingitur

Leodiorũ gente commemorans, sex tandẽ men sium inducias, Leodijs posthabitis, Burgundo impetrat. Porro in delegatione quid actum fue rit, ex ipsis inducijs intelligi potest, Leodios vide licet falsis suggestiõib⁹ a Lodouico desertos, & Burgundo permissum miserã gentem bello per sequi. Quæ cum auxilio se destitutam intelligit: non aliter cũ Burgundo pacisci poterat, q̃ ꝙ in gentem illi pecuniã persolueret, murosq; & tur res ciuitatis suæ, aliorũq; opidorũ, dirueret Qui ad pactum huiuscemodi cunctantes, copias Ca roli prodire experiuntur, & obsessa ciuitate quã arctissime, facta deinde inter ciues discordia, pars per vnam portam exiuit, & se in vrbẽ gratiæ ei⁹ dedit, pars vero per alteram, demissis vrbe ac bo nis aufugit, & ad Lodouicũ Franciæ regem præ sidij causa peruenit. Obtenta hoc modo per de ditionem ciuitate. Dux Carolus ciuibus mandat vt turres omnes, muros & antemuralia demo lirentur, non modo vrbis, sed & opidorũ subie ctorũ. Deinde Leodiorũ, arma omnia, machinas tormenta, bõbardas, & quicquid bellici appara tus habebant, in vrbe ac subiectis locis abstulit. Nec his satiatus, eos vt sibi soluerent trecẽta mil lia florenorum, sacramentis adhibitis obligauit. Tametsi Romanus Pont. ob deiectionẽ Episco pi sui, Leodienses censuris ecclesiasticis innoda

uerit, cognita tamẽ eorũ summissione, & exulũ eius ciuitatis querela, grauissimaq; cõtẽtione, eos ad concordiã omnino reuocare cupiens. Tricaricensẽ episcopũ legatũ, eo misit, qui interdictũ sustulit, eosq; duci recõciliari conat⁹ est. No-

Seueritas Ducis

luit autem dux aliquid remittere de impositione prædicta, tãetsi soluẽdo nõ essent, sed & exulib⁹ regressum dare liberũ ad sua fertur negasse Quę seueritas a multis improbata dicitur, & tyrannidẽ plane prę se ferebat. Dedit enim desperatis nouæ rebellionis occasionem non modicã. Igitur factum est vt dum rex Lodouicus copias contra ducem instructissimas haberet, & dux Peronæ ageret, rati Leodiorum exules, tẽpus eos iuuare non sine consilio regis (vt fertur) propere se ad

Leodiũ abexulib⁹ capitur

iter accingunt, & Leodiũ quadam nocte iam armis ac propugnaculis nudatũ, haud magno negocio ingrediuntur, pulsoq; ducis pręsidio, conciues suos ad libertatem resumendam induxere Moxq; ciuitatis statum ordinantes, muros erigere ac resarcire satagunt. Reditus iste vbi diuulgatus est, totã terrore prouintiã cõpleuit. Erat enim ob expeditionem ducis, propugnaculis exhausta, Leodĳ inde hostem aggressuri armantur, &

Oppidũ Hasseleñ. occupat̃

postridie centum supra mille viri intempesta nocte Opidum Hassellense muris nudatum, per notos sibi aditus irrumpunt, ædes perfringunt, pre

ter expectationem omniũ, fitq́ꝫ clamor atq́ꝫ trepidatio, fuga salutem quisq́ꝫ, non armis quærit. Elapsi sunt beneficio noctis plurimi, capti nõ nulli, inter quos legatus Apostolicus, vna cũ antistite Leodiorum inuentus est. Erant in eodem opido armamenta fere omnia, quibus Leodini per deditionẽ spoliati fuerãt, quæ vna cũ triumpho, Leodiũ trãsportant. Auxit hæc res animos ciuium, & ad indubitatã recuperandę libertatis spem erexit, maxime quũ recensuissent tantis ducẽ implicitum negotijs, ideo cõuersi mox ad cõstructionẽ murorum, propugnacula erigũt, debiliora loca muniunt. Et quũ die noctuq́ꝫ operi incũbunt, inter regem (in quem omnem suã fiducias collocauerant) ac ducem, pax concepta est arcana, & cunctis admiranda. Pace facta indignabundus Dux properat cum exercitu, de Leodijs vindictam sumpturus, cum quo Lodouicus Rex tanquam eiusdem expeditionis socius vltro venit, vrbem obsidione cingunt. Exiuit consentiente populo Leodinus Antistes placandi ducis causa, nec tamen profecit Iurante Carolo, non prius ciuitati parcendum, nisi ciues & vrbem subegisset. Denique Antistitem apud se ne rediret detinuit. Occupata fuerunt passim oppida diui Trudonis, Tungris & alia, donec Leodij, qui se magno liberatos malo

Reędificatur Leodium.

Carolus Dux secũdo in Leodios accingitur.

Expugnata fuerunt oppida

Leodium obsessum desperat

credebant, mox e spe maxima, in desperationẽ extremam ceciderunt. Itaq; de rebus suis desperantes, ciuitatẽ egressi hostẽ adoriuntur, captos sine miseratione mactantes. Porro vbi obsidiõe se angi consyderarent, ad primã oppugnationẽ primores vrbis, vtcunq; potuerunt, elapsi aufugerunt, relictis in ciuitate mulieribus & plebe in composita, religiosis quoq; & infantibus.

Irrũpunt Burgũdi in Leodios & Frãci

Ergo irrumpentibus fortiter Burgundis, Lodouicus (vt refert Gaguinus) primũ, deinde Burgundus ciuitatẽ intrat, fitq; mox passim occisio & strages, virginibus vis ac religiosis mors infertur, neq; indulgentia vlla militũ in pueros fuit, quin etiam stupratas a se virgines, crudeles satellites iugulant, sacerdotes eadem hora in tẽplo rem diuinã facientes, gladijs periere, nec satiatus est inhumanus hostis tam multa cede, prædas ex omni ciuitate, & ex tẽplis sacrilegia fecit, incensa postea vrbe & direptis muris, quorũ ruinis fossas equauit, & collegiũ summũ in stabulũ equorũ cõuertit.

Crudelitas Satellitum

Quę õnia acta sunt, anno salutis. 1468 res profecto si a me solo scriberetur, multis incredibilis, nunc quia scriptorũ atq; senũ nostri sæculi testimonio conformis est, a vero haud dissidere, æstimãda est. Fecit hec ingens enormitas Burgundos perpetuo Leodijs odibiles, & successu tẽporũ, deficiente apud Nansiũ Carolo anno sa

lutis.1477. septimo Idus Ianuarias, inestimabi-
les parturiuit tragædias, vt proceres classici faci-
le vulgi suffragiis imperiū etiam detrectare præ
sumpserint, & vrbe vtcūq; instaurata, & floren-
tibus rebus, anno salutis.1482. dum Francorū
rex inducias & subinde pacem hostibus cōcessis
set. Domino Gulielmo Arensburgo Capitaneo — Gulielmus
primæ militiæ, audacissimo plane & factiosissi- — Arēburgus
mo, demissi exercitus robur concredidit, quo fre — capitaneus
tus Gallis, & ad se exulibus cōfluentibus, Anti- — militię
stiti negotium facessere aggressus est. Quē Hor-
num aduentare credens, corraso vndiq; territorii — Antistes
sui atq; Brabantię milite, eo loco operire nō for — aduersus
midabat, sed dubie pronunciantibus de eius ad- — Arenbur
uentu Hornanis, subito Leodiū aduenisse vulga — gū exerci
tum est. Quo rumore consternatus, vbi ad se an — tū cōflat
tistes redisset, coactis legionibus & in nauim de
lectis Sagittariis, seu de paucitate suorum diffi-
dens seu Francorum insidias pertimescens, suis
per terram remissis, ipse Leodiū concessit, mox
q; falso delatū rumorē deprehendens, signo cā-
panę bellicę se aduenisse contestatus, mane hora
quinta primū se quieti dedit, sed circiter nonam
subitis rumoribus excitus, quū magistratus duo
bus tantū passuum milibus, hostē a ciuitate abes
se cūfirmaret, vocata in forū cōcione ciues pran
dere, & secū a prādio, hostibus obuiā procedere

Ioanneus Horneus — hortatus est. Interea Ioannes Horneus adolescēs
(si quis inter canonicos alius) ætate, viribus, ani
mo, pollens, manipulū equitū (quē Leodij stan
Copiæ antistitis ciuitatē inconsulte egrediuntur — derū vocāt, & in extrema necessitate summisq;
periculis assumūt) audaci manu arripuit, & ma
gnanimitate sua vniuersos permouens, medius
inter vtrāq; armaturā equitauit. Porro inconsul
te ciuitatē egressus Antistes, huc illuc diuertens
atq; insidias subesse suspicans, quū in planiciē nę
min⁹ prodire ꝓspiceret, demū audaciæ penituit
Quare vbi perplexe reditū meditaretur, a plęris
q; malitiose instigatus, quū promontoria oppe-
teret in suā ipsius mortem proruit. Nā insequen
Insidiæ emergūt. — do per abrupta montiū pergebat, donec ad cāpe
stria prata e quibus profugere nō liceret, deue-
nisset, ibi deficientibus a se nonnullis, quum res
maximo exercitus discrimine aliquātisper stetis
set, emergētibus velut cuniculis quibusdā, fran
Antistes interficit — cis, Sueuis, Alemānis, Guasconib⁹ Leodiorūq;
exulib⁹, inter rapidissimū alueū & syluestria cō
clusus, militis cuiusdā manu sacrilega interfect⁹
est, & in ciuitatē delatus, plurimis quidē occisis
Victor Arensburgus — cęterū equitibus perniciter fugientibus, Victor
Arensburgus, ciuitatē pariter inuasit, & iuste oc
cisum gallica oratione causat⁹, beneficiū quoq;
sepulturæ demeruisse antistitē cōtendit, quippe
cui⁹ causa tot vbiq; magnates, atq; ciues prostra

ti, sepulchris indigni habiti fuissent. Quasi vero
immerito ciuitas tā inclyta eū sepiliendū excipe
ret, cuius toties incēdiū, atq̧ pernitiē machinat⁹
fuisset. Inter quæ verba hispidæ barbæ prodigio
sus portitor, sępe ingemiscens, & negotiū tā diu
neglectū artificio exprobrans, se venisse in ciui
tatē nō ob aliud, q̄ vt illo cōfecto, Leodios liber
tati restitueret, sacramentis pluribus cōprobauit.
Vnde & secundo die militibus, ne cuiq̄ iniuriā
irrogarent, quinimo ciuibus pręsidio essent, hor
rendis pęnis inhibuit, quos vt a diripiendo ma
gis cōpesceret, duo in foro patibula cōstrui iussit
quibus impius quisq̧, suę temeritatis pęnas pen
deret. Sic in hunc modū publicitus ante ecclesiā
cadauere exhibito, vulnere adhuc tabido, pridie
Calendas Septembres mediocri cultu in collegio
diui Lamberti ad arā maiorem sepulturæ tradi
tus est. Quem annū Leodijs infęlicissimum fore
Ioannes laet Lossensis Astrologus, prognostice
significauerat. Enimuero fame, pestilentia, bello
omnia turbata sunt, & effectu suo omniū opini
onem mala superauerūt. Quandoquidē Calen
dis Septēbribus electionis dies indita est, & pau
cis Leodij manentibus Canonicis, quum maxi
ma pars in Brabantiā fugissent, metu pariter &
officio qui remāserant, inducti sunt Ioannē arē
burgi filiū, Canonicū summi collegij, nec dū sa

Oratio Arensburgi

Ioannes Arensburgi fili⁹ Antistes eligitur.

cris initiatũ, Antiſtitem decernere. Quo confir-
mando, plurimũ laboratũ eſt: & nihil aliquãdiu
ab Pont. Max. reſcriptum, quã ob cauſam, aliis
irrumpentibus negotiis, hac parte ceſſatum eſt,
& Maximiliano Brabantiæ duci, omnia hoſtili-
ter agenti, occurſiões paratæ. Is enim demortua
Maria conthorale ſatis præmaturæ viduo thoro
degens, gemino malo conſternatus, im̃manita-
tẽ ſceleris terq; quaterq; execrabatur: & ciuita-
tũ ſuarum aſſiſtentia fretus: magna expeditione
oppidũ diui Trudonis obſedit. Quod promiſ-
ſis atq; oratione nõ armis aut aliqua virtute eui
cit: vt eo quaſi latibulo quodã, vteretur, quo in
patriã omnẽ oportune excurreret. Haud diffici
le ergo Brabantus, Loſſenſem agrũ populat⁹ eſt
& oppidũ ciuibus atq; bonis vacuũ euertit. De-
inde Tungrim, obſidere proponens, quũ Aren
burgũ alicubi inſidiantẽ audiſſet: conſilio muta
to in Haſletũ copias coegit. Ibi paſſim occiſis at-
q; vulneratis quingẽtis viris prędã opimã abſtu
lit. Igitur hac potitus victoria ſuperiorẽ ſe ratus
corraſo vndiq; gregario milite, Iecorã tranſmit-
tere, & Haſbaniã inuadere, atq; Leodiũ oppu-
gnare contendit, quod obſidione cingẽs, quum
operã infeliciter ſe locare pſpiceret, ad Tũgrim
ſeſe demiſit. Porro maximo fremitu tormento-
rũ, męnia atq; ędificia perturbans: ciues ad dedi

Maximilianus hoſtiliter agit

Oppidũ diui Trudonis obſidetur.

Haſſelt.

Maximilian⁹ Tũgrim obſidet.

ctionē perduxit, & non multo post ad propria remeauit. Interea domestico tumultu ciuiliq; bello passim concertatū est, his Arēburgo, istis Brabanto, illis neutri addictis, vt magnatū atq; mediocriū familiæ, parricidijs, stragibusq; sese infectarētur, & bonorū inimici, patriæ hostes, latrones prouintię, scelerū federe ac npharia societate coniuncti, maximo discrimini regiā exponerēt. Maxime quia Arēburgus iā aberat, & oppidū Landen adortꝰ, impetu atq; dolo inuaserat. Qui ad festū diuę Catarinę noctu Brabantorū legiones adortus, dū eas in cāpis Bombardarū iactibus instructos, nimiū sibi fidere agnouit: subito irruens, supra quingētos occidit, & prędā ablatā faucibus excutiens, plures captiuos in Leodiū abduxit.

Arenburgus in brabantos irruit

Reg. Dom.

LIII. Antistes

IOannes Horneus, filius Comitis ab Horne, Adulescens statura iusta, vultū situq; corporis, cū animo cōponens, genuinā primis etiā annis constantiā prę se ferens, laudis ac mulierū amans, eris prodigus, animo tamē pręceps, et in ira modi nescius, cōuentu canonicorū Louanij congregato, quū Iacobū Croijū nonnulli eligissent, cōparatis vtriusq; in patriā meritis, hac conditione prælatus est, modo huic ex prouētibꝰ pōtificijs quotannis tria milia aureorum penderet Quapropter Arenburgus comitatū Hornēsem